

**Disputatio philosophica inauguralis, de causis generalibus, incolarum
numerus, accelerantibus et impredientibus ... / eruditorum examini subjicit
Robertus J. Baumgartner.**

Contributors

Baumgartner, Robert J.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill et socii, 1800.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/sst74ptj>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/b2227151x>

DISPUTATIO PHILOSOPHICA.
INAUGURALIS
DE
CAUSIS GENERALIBUS,
INCOLARUM NUMERUM,
ACCELERANTIBUS ET IMPEDIENTIBUS.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
IN AUGURALIS
DE
CAUSIS GENERALIBUS
INGOLARUM NUMERUM
ACCELERANTIBUS ET IMPEDIENTIBUS.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
INAUGURALIS,
DE
CAUSIS GENERALIBUS,
INCOLARUM NUMERUM,
ACCELERANTIBUS ET IMPEDIENTIBUS ;

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu ; et
Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto ;

PRO
GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
ROBERTUS J. BAUMGARTNER,
ANGLUS:

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCIJ.

M DCCC.

PATRI,

JULIANO J. BAUMGARTNER,

ARMIGERO;

ITEM,

FRANCISCO E. VULLY,

AMICO,

ET

QUONDAM

PRÆCEPTORI;

HOC OPUSCULUM

CONSECRAT

AUCTOR.

PATRI

JULIANO J. BAUMGARTNER,

ARMIGERO;

ITEM,

FRANCISCO E. VULLY,

AMIGO

ET

QUONDAM

EXECUTOR;

HOC OPERUNTUM

CONTRACT

AUTOR.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
INAUGURALIS,
DE
CAUSIS GENERALIBUS,
INCOLARUM NUMERUM,
ACCELERANTIBUS ET IMPEDIENTIBUS.

SAT mihi constat, materiem de quâ disputare consilium est, non modo meis majores facultates, et præclariorem historiæ hominis cognitionem poscere, sed etiam multò majus dilatari et explicari debere, quàm in dissertatiunculâ fieri potest : at aliâ nequa-

A

quàm

quàm ingenio superiori non jam disputatâ, dotibusque meis magis congruâ, circumsecûs perquisitâ, et pertimescens semitam persequi quâ genius exultior jam ingressus fuerat; malui trepidans tamen tramitem inire, cujus in salebris et locis arduosis si pedem amitto, omnia e suavitate et indulgentiâ spero, et deprecor.

Quandoquidem verò ex hujus tentaminis naturâ, fieri vereor non possit, quin argumenta suscipiam medicinæ aliena, de veniâ vellem non desperare, cum ad historiam de hominis propagatione et pertinebunt et eam magnâ forsan ex parte illustrabunt.

Naturæ humanæ conditio, fragilis profectò et fugax, inanis, momentanea, multisque incommodis, mutationibus et periculis obnoxia conspicitur; nec quidem quicquid adest, quantumvis exquisitè compositum, quod lon-

ga dies paulatim non imminuat, corrumpat et absumat, tandemque penitus aboleat : sic homo, “ brævis ævi est, ac plenus miseriæ ; “ flos quasi spectatissimus exoritur, sed con- “ teritur, atque evanescit veluti umbra *.”

Cùm verò facultate prolem generandi præ-
ditus nascatur, progressumque suum propaga-
tio ejus, per mundi ubique superficiem, vel
impedientes, vel accelerantes, causas agnoscat,
mihi paululùm eas perscrutandi in mentem
venit. Observationibus igitur meis, adnixis
aliorum, fîsus, causas periclitans quatuor ge-
nerales distinguo, quas ita proponam :

*Vitæ genus vel natura ; administratio seu
regnum ; solum, terrave ; et denique clima, aër
vel cælum.*

U_T

* Jobi Graphiæ.

UT effectus VITÆ GENERIS in homines recognoscamus, varii status et vitæ rationes, a primâ ætate in ævum luxuriosum inter se sunt comparandi; tum verò attoniti, et rerum instabilitatem miramur. Pristinis quidem temporibus, omnia, et præter omnia solitudo, hominem ut speciem promulgaret, excitabant: primigenii, Naturæ donis victitabant, et *piscatus* et *venatio*, citiùs ocyùs præ necessitatem adhibitæ fuerunt. At cum clarè constat, homines perdiù piscatores necnon venatores fuisse, ita certè perpauci semper fuerunt; nam cœtus perfrequens venatorum haud existere potuit. Ferini quidem homines numerum suum minuere solebant, ne inopiâ et fame laborarent; nam iis nunquam in mentem subvenit, fami obire bestias cicurando; hinc inde, horribile dictu! natos trucidandi, morem induerunt.

Attamen

Attamen e populi incremento lento et gradario, novum vitæ genus, omnia copiosè præbens, eligere coacti fuerunt; et forte tandem vel periculo compertum fuit, educatû faciles bestias; ad oves itaque, quasi uberrimas, omnem curam atque operam contulerunt. Homines ergo pastores facti sunt.

De virtute et effectibus *vitæ pastoralis*, in hominibus propagandis, philosophi largè disputaverunt: nutritus quidem statim copiosus fuit et abundans, quod Dominus KAMES (cujus in omni ævo nomen illustrissimum erit) signum faustum habet; at multùm ex alterâ parte, argumenta profunt.

“ Les pays de paturâge,” ait MONTESQUIEU, “ sont peu peuplés, parceque peu de gens y trouvent de l’occupation;” et reverà quomodo statum pastorem, incolis refferum, concipere possumus. Nam grex haud
valdè

valdè numerosa longè et latè pabulatur; si igitur greges et armenta, ratione gentis incrementi, aucta essent, undenam vitam ac pabulum ducerent, nisi agricultura subsidio veniret? Pastores igitur brevi tempore, agriculturam coluissent; longè aliter tamen res se habet. Plurimæ enim regiones in quibus hoc vitæ genus per secula regnavit, sine culturâ et incolis fuerunt; nec Scythiam citare non possumus, cujus incolæ in nostro quidem ævo sparsim vagantur; nam inculta, ratione magnitudinis habitâ, penè videbitur, etsi incolæ per tribus decem millia nonnunquam spectantur.

In aliis regionibus, alium induit *cultûs pastoralis* aspectum; pro turbis et cœtibus numerosis, quod tantùm in amplissimis potest accidere locis, quos pervadere et peragrarè licet, perpauci et segregati armenta servant opiliones: hujusce vitæ beata simplicitas, magis

gis magisque homines allexit et sibi devinxit ;
montes superbi, sylvis adumbrosi, et pascuis,
greges læti tentabant, et secessum præbebant
amœnum pastori, qui solitudine captus a vita
abhorruit sociali. Hinc altera gentium pro-
cessui catena.

Parùm verò quibusdam cœlis, talis erat
idonea conditio, præsertim ubi Natura solum
sterile et infecundum rustico subjecerat ; at
cum necessitas conatus provocat, ita *agricul-*
tura tentata fuit, et mira inde rerum mutatio.

Statim agri exculti floruerunt, incolarum
numerus mirum in modum adauctus fuit, et
ipsi ingenio valere, lanam texere, pannos con-
ficere, artes excogitare, et officinas instituere,
inceperunt, quæ opus et victum multitudini
præbuerunt. Inter varias hujusce temporis
artes et scientias, navigatio inventa fuit, quâ
homines quæ in cæteris terris procreantur
didicerunt ;

didicerunt ; nec inventum, cupiditas tardè secuta est, et hominum propagatio miraque et ingens.

Paucis jam de unoquoque vitæ modo dictis, et quo uterque in hominem producendum seu multiplicandum valet, notato, ipsius naturam hominis in his statibus paululùm perpendamus.

Præstini vitæ usus et venatio, quidem, præprimis apti erant ad mentem sanam servandam in corpore sano. Membris et animo sæpius agitatæ, paucis egens, victu communi et obvio contentus, nullis objiciebatur infortuniis : Ars medica, tùm haud ferè necessaria, penitùs penè ignorabatur : simplicia quædam, usû et naturâ instituta, adversus omnes prorsus morbos valebant. Nam ubi dyspepsia, ubi podagra, et pallidus hydrops, hodiè tam sævi et pergraves ? Nec in istis adeò discre-

puit

puit vita pastoralis, quanquam in cæteris rebus longè diversa ; pro animo forti et excelfo, pro exercitatione laboriosâ ; otium et incuria, cum animi motibus eximiis potius et delicatis, quàm grandioribus et ad facinora aptis : at at simplicitas regnabat, et sola potuit avertere morbos. Quàm diversa fuit rerum species, cum proles humana, agentibus negotio atque agriculturâ, undique per orbem terrarum prolata fuit ! Morbi hætenus ignoti apparuerunt, pestesque nimîâ hominum coactione, venenum horribile diffundentes ; nec mora, strages ac populatio, consecutæ sunt.

Homo a vitâ parcâ majorum discedens, sibi morbos affixit innumeros, mortis præcursores, luxuriâ procreatos. Quàm paucis exagitur malis Afer immanfuetus, qui pedibus nudis premit solum incultum, præ Europeo, nihil indigente, nihil incassum cupiente !

Nunc conquiramus quibusnam in regionibus hæc permutatio citiùs vel ocyùs instituta fuit, et quomodo *solì natura* incolarum numerum vel auget vel imminuit.

Brevè jamjam notatum fuit, locos fertiliores præ cæteris prædâ venatoriâ scaterere ; at ex magno venatorum congressu, per exiguum temporis spatium, non æquè hìc ac in terris vastis et incultis adesse incepit : plagis itaque feracibus, cultus pastoralis primò usitatus fuit, dein agricultura ; hìc enim vegetatio viret, dum Natura culturam instituit : femina plantarum huc et illuc sparsa, saporis jucundi et saluberrima cùm essent, collecta fuerunt et fata, rursus collecta et denuò terris indita ; messis uberior præ labore experta, quisque unus laborare incepit, et nutrimentum omnibus paratum fuit.

Terra

Terra propter sterilitatem inculta, multis incolis impar est, et cùm talis adhuc nunquam largè habitata fuit, ideò semper, vel pastori-
bus, vel venatoribus forsan, tenebitur; nec
jamjam Scythiam quasi exemplum non cita-
vimus, cujus partes septentrionales tam je-
junæ et infelices sunt, ut ibi arbores nequi-
dem parcè victitare possint. Verum tamen
est et exempla adfunt regionum, quæ incolas
consecutæ sunt, non ope et officio agricul-
turæ, verumenim unius ingenio et laboribus.
Talis erat PETRUS Magnus, qui, laboribus mi-
ris quidem et ingentibus, regnum inter rudera
piscatoriorum Tuguriorum erexit: negotio fa-
vendo, hoc miraculum præstavit, sicque pa-
triam septentrioni præfecit.

Ut corpus et anima, sympathiâ quâdam ac
consensû inter se connexa sunt, virtutesque
ac vitia ultrò citròque derivantur; sic etiam
ambo

ambo multùm pendere videntur, multaque excipere et boni, malique, sole nativo.

Molli et homines fibrâ invenimus relaxatâ, in voluptuosis, ficut Asiaticis, regionibus; omni-que voluptatis speciei deditos, et luxuriæ omni. Ubicunque jucundâ prædita est varietate Natura, ubicunque omnes ejus sum-
mam productiones adipiscuntur virtutem, facile perfectioni etiam impellitur homo, et enim, brevi fœcunditatis ipsius Naturæ particeps futurus, à cunis tam undique perspicuam et universam possidet infans hilaritatem. Si ex alterâ parte, ad loca aspera et montosa prospiciamus, quibus aër aliosus magnâ puritate valet, et quibus libertas tamdiu vigit, montanos, animo et robore pollentes, morbi-que nescios, invenimus: Ejusmodi inter alios erant, Helvetiæ, Scotiæ et Dalecarliæ cives; sed etiam æquè ac natale solum, steriles ferè
sunt

funt et infœcundi, nullo modo, nullisque rationibus, mutaturi.

At in campis vastis et patentibus solent adesse, focietatis incuriosi, et minùs fœcundi, quàm montis vel campi luxuriosi, incolæ.

SCHEFFER quidem Laponos dixit maximè infœcundos, quod terræ ingratae tribuendum : nonnulli tamen philosophi staturam brevem et corporis vitium, e falis inopiâ orta autumaverunt ; cùm omnia eodem deficiente, ubique degenerant animalia. Nunc autem constat, Laponos, sicut ac vicinos Tartaros, fale, tametsi ejus multum habeant, et rarò et parcè uti, cùm scorbutum læthiferum generare observassent, deficientibus simul forsan vegetabilibus : hanc igitur nequimus agnoscere causam, dum Tartaros staturâ procerâ ac vegetâ cognoscimus.

DE REGNI seu ADMINISTRATIONIS, in Incollarum Multitudinem, Effectibus.

Quo modo vel quâ ratione gentium frequentiam *administratio* afficit, non largè discutiam ; nec quidem ratio obscura ; sed non omnia silentio prætereunda.

Parùm pristinis temporibus, cùm vitam diffusè agebant venatores et pastores, normis tenebantur socialibus ; at introducto agrorum cultû, cùm vita ab errabundâ et incertâ, fixa et stabilis evadit, res multùm fit diversa ; et postquam negotium et artes vigere cœperunt, multa adhuc erant mutanda, et *administratio* simplex et facilis, alteram omninò induit, novamque formam.

Hujus

Hujus mutationis, variæ in variis regionibus fuerunt modificationes ; sed *imperium*, quo populus ingenio liberè et dotibus utitur suis, quo industria munus suum habet, et præcipuè quod paci religiosè studet, summoperè hominum propagationi favet. Tali quidem conditione, Roma, Tyrus, Ægyptus, neque alteræ gentes, olim non tantos progressus fecerunt : non ita pridem India obatras aspexit myriades, et Belgium incolis naviter plenum ; sic etiam Hyrcinia, urbibus, pagis et viculis oblecta fuit ; pari quoque ratione, Sinarum imperium incolis et industriâ præter omnia adhuc et valet et viget.

Ubicunque potestas tyrannica exercetur, gentis progressus vinculis cohibetur innumeris ; societas et commercium languescunt ; bellum multos defumit ; alteri lares et patriam abdicant, dum cæteri torpidi domi hebescent. Turci et Peruviani in turpi inertia
capiunt

capiunt voluptatem; ideò campos vepribus undique et dumetis vestitos invenimus, naturâ fœcundos et feraces: pravo enim regimine, quo et vita et res subditorum incertæ et intutæ sunt, parùm homines laborem curant, ne ullum ex inde fructum et commodum deducant. “In Palestine,” inquit Dominus Wood, “we have often seen the husbandman sowing, accompanied by an armed friend, to prevent his being robbed of the seed.” Neque hîc desinunt effectus tyrannidis: “Car,” ut verbis utar auctoris deferti, “la terre, manquant de bras, les eaux du ciel ou des torrens débordés, ont féjourné en marecages; et sous ce climat chaud, leurs exhalaisons putrides ont causé des epidémies, des pestes, des maladies de toutes espèces, et il s’en est suivi un furcroît de dépopulation, de pénurie, et de ruines.” (VOLNEY.)—“C’est ainsi que la terre

“ terre abandonnée, contribue elle-même à
 “ sa propre dépopulation.” (VOLTAIRE.)

Huic tamen regulæ, adest exceptio adeò
 exceptitia, ut eam silentio præterire nequeam.
 Sic MONTESQUIEU : “ La Chine, quoique le
 “ plus despotique, est le pays le plus peuplé
 “ de l’univers ; car c’est la péculiarité de son
 “ gouvernement de favoriser le commerce et
 “ l’agriculture ; outre quoi, le climat est tel
 “ qu’il favorise prodigieusement la propa-
 “ gation de l’espèce humaine, et les femmes
 “ y sont d’une fécondité si grande, qu’on
 “ ne voit rien de pareil sur la terre *.”
 Frustrà igitur sævissima obstat tyrannis :
 non ita olim cum Græciâ, Ægypto et
 Asiâ Minore, qui brevi populati fuerunt.
 Bellum autem jurè et meritò longè exitiosis-
 sima pestis habetur ; quodnam enim ævum
 exclamare non potuit : “ Heu ! gentes per
 C “ quot

* Esprit des Loix.

“ quot et secula belli durat incendium ! quæ-
 “ dam die sicut cæduntur, tantaque strages
 “ earum est, ut gentis deletum non impe-
 “ rium tantum, verumetiam nomen, videre-
 “ tur.” (JUSTINI).

Religionis adhuc principia, et diversa, di-
 versos suos habet, in propagationem hominis,
 effectus. *Polygamia* ei obnoxia plurimis ha-
 betur, etsi nonnunquam fausta. “ Les prin-
 “ cipes de la religion ont extrêmement influé
 “ sur l'espèce humaine, tantôt ils l'ont encou-
 “ ragée, comme chez les Juifs, les Mahomé-
 “ tans, les Guebres, et les Chinois ; tantôt
 “ ils l'ont choquée, comme chez les Romains,
 “ devenus Chrétiens*.” Nihil verò dubii
 quin *monogamia*, educationi infantum sit pro-
 pitior. Leges tandem et munera sæpiùs in-
 stituta sunt, propagationi jucunda, vix ac ne
 vix quidem profuerunt.

HIS

* Esprit des Loix.

HIS peractis, superest ut quicquam de
Effectibus COELI vel CLIMATIS dicamus.

Aër ambiens, prout impensè calidus, vel
ficcus, permadidus aut frigidus, clarè habi-
tum corporis mutat, nec paulisper quidem in
nativitates agit. Verè miranda est aëris in
hominem actio et potestas; videtur profectò
corporis habitudinem à cœlo proripere; nec
prorsùs Zembla Gelida, à zonâ torridâ magis
discrepat, quàm Arabs immitis et vagus à
Kamschatcano differt!

“ Calor enim omnia corpora laxat atque
“ expandit, frigus verò densat et durat*.”
Unde LUCANUS,

“ Quicquid ad eos tractus, mundique teporem

“ Labitur, emollit gentes clementiâ cœli;

“ Omnis in arctois populis, quicunque pruinis

“ Nascitur, indomitus belli et mortis amator.”

Philosophi

* Consp. Med. Theor.

Philosophi autem de effectu frigoris in constitutionem animalium, multùm disputaverunt; nam etsi plurimi persuasum habuere, nervos et musculos ita validiores fieri, non tamen defunt qui longè secùs opinantur. Frigori igitur tributa fuerunt animus et forma præstans, vicens et magnanima, quorundam Septentrionalium, eodemque assignata sunt thoracis angustia et corporis tenuitas aliorum populorum: At cùm mihi apparet, fortitudinem non semper in corpore pleno sedere, nec animum pusillum staturâ brevi ulque conjungi; ita credo, leges de potestate cœli frigidi in corpora animalium, generales nunquam dari futuras, dum effectus tam diversi et dissimiles conspiciantur.

Tamet si frigus variis modis hominem afficit, consensus verò cum *gentium numero* consentaneus semper est et uniformis; nec verè, quamvis Septentrio quondam *officina gentium* dicebatur,

dicebatur, exemplum regionis hyperboreæ, et incolis refertæ, facilè inventu : tot tantaque sunt vincula quæ *solum, cælum et vitæ genus*, fuscitant ! Myriades qui, lapsis temporibus, Europeam Australem, invasere et obruere, quantumvis ingentes, minimè, ratione habitâ magnitudini eorum patriæ, tam prorsus miræ videntur ; et profectò vir clariss. HUME satis hoc probavit. Ideo Septentrionis incolæ infœcundi nec rarò infociales sunt, ut ex *Kam-schatcanis, Esquimaïis, Laponibus, et Samoïedis*, constat.

De paucitate incolarum *Americæ* cùm primum cognita fuit, Comes BUFFON præ cæteris forsan conjecturam felicem tentavit : eam ferius è mare emerfam judicat, atque hoc non verisimile modò, sed etiam magnâ ex parte verum esse arbitror ; nec minùs virefcit suppositum, quòd nulla pars nisi *Peruvia* et *Mexica* habitata erat, quòd hæ regiones centrales

trales fēracissimæ, et quòd, sicut in terrâ antiquâ accedit, Tigridis ripis primùm urbanitas dilucere incepit : regionis quidem facies, suppositum firmat ; quoniam ne minimum etiam gentis pristinæ vestigium, non parietinæ magnificæ, non rudera perlata, nullum artis monumentum superstes erat.

Neque sol impensè æstuosus magis homini convenit ; quod probè testantur et Africæ et Arabiæ deserta, sub Jove torrido subfita : in hujusmodi locis, morbi lethiferi epidemicè grassantur ; hìc quoque turbines et terrarum commotus bacchantur : hìc venti lethales ignei perflant ; hìc denique feræ immanes, viperæ venenatæ, nascuntur et victitant ; quæ omnia incolarum incremento haud parùm adversantur : in talibus itaque locis, vel nullos, vel perpaucos, incolas invenimus. Sub cœlo mitiore, quo luxuriosa Natura frondescit, homo laxis, indolens fit : ibi Deam sæpissimè
invocant

invocant partumeiæ ; at regnum citò potentatus vindicat, et citiùs pravy imprimit effectus.

Sol temperatus homini peroptimè convenit ; facultates ad summum provehuntur ; societas et connubia apud omnes Europææ gentes valent ; administratio in genere lenis ; sic populorum tormenta, præ bellum et morbos, quiquidem ruinam minitantur, evitant.

Scientia verò et sapientia simul sese hæc adversus obfirmant : dum sapientia enim falculas belli cruentatas corripit, scientia, per artem medicam et labores peritorum, manum porrigit beneficam ; et dies fortassis dilucebit, quo sævas populationis causas, sistere poterit. Quot remedia nuper sunt explorata ! quot et tegmine nobis infrata admodum tenui ! et quot adhuc lucis, veritatisque amore, pallida vigilia et labores !



